Ill.mo ac R.mo D. D. D. Fransisco de Aguiar, et Seixas Mexicanæ Ecclesiæ Dignissimo Archiepiscopo, Regioque Conciliario etc.

Frater Hieronymus Cardona in sacra Theologia Magister ac huius S. P. N. Dominici de Porta Cœli Collegii humilis Rector, ac Regens salutem in Domino etc.

Cum iuxta statuta nostri Collegii Rectoribus ex officio incumbat fratres sibi subditos Ill.mo Archiepiscopo præsentare ad sacros Ordines suscipiendos; ideo supplex, quam submisso animo possum, Vestram Ill.mam Dominationem obsecro, et oro ut fratrem nostrum fratrem Didacum de Castrana, qui subdiachonum, ad sacrum Diachonatus Ordinem habeat tanquam legitime præsentatum, moribus, ac scientiis sufficiens approbatum; cum præmisso, et rigoroso examine sufficiens expedit. Quo beneficio inclinati, magis, ac magis excitabimur ad exorandam immensam Dei Benignitatem ut Vestram Ill.mam Dominationem tueatur, et augeat. Dati in hoc nostro S. P. N. Dominici de Porta Cœli Collegio, manu propria subscripti, et sigillo officii nostri muniti. Die decima octava mensis Decembris anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo.

Frater Hieronymus de Cardona
Mag.r Rector et Regens

De m.to R. ad. P. Mag. Rectoris, ac Regentis

Frat.r Antonius Pinto, et Aguiar
Lector sacræ Theologiæ et Not. Nori.